UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Processus iudiciarius panormitani

Johannes <Urbach>

Parisius, Millesimo quinge[n]tesimo octauo

Declaratio forme

urn:nbn:de:hbz:466:1-70756

Visual Library

ꝓne eſſe compeſcendū ⁊ cōpeſci veſtra ſententia dif finitiua ⁊ cenſura eccleſiaſtica mediante. Hec petit coniunctim et diuiſim vna cum expenſis litis. ⁊c.

¶ Declaratio forme

ISta petitio colligitur ꝑ Inno. in. c. cuȝ bertol dus de re iudicata. Et quidā addūt in libello Peto preſentationē meā admitti ⁊ p̄ſentationē ad uerſariȷ ꝑ non patronū et eū qui nullū ius pñtandi habet factā ceſſari ⁊c. de quo ī alle. c. cū bertoldus Sed non eſt curandū. Et ſi aduerſarius p̄ſentatus a non patrono iam eſſet inſtitutus ſecūdū hoc ali ter formaretur petitio iſto modo. Peto talem a nō patrono nec iuris patronatus poſſeſſore preſenta tum et male inſtitutum ab illo beneficio ammoue ri/et meā preſentationē a vero patrono factam ad mitti ipſum beneficium michi adiudicari et me ad mitti ipſum beneficium michi adiudicari et me ad illud inſtitui ⁊c. vt in. c. cū bertoldus ſupra alle. Et ſi forte preſentator ī veritate nō eſt patronus ſȝ ſo lū poſſidet iuspatronatus cū bona fide. tūc pñtat⁹ non dicat in libello ip̄m eſſe patronū. Sed ipȝ fuiſ ſe tempore preſentationis et eſſe in poſſeſſione vel quaſi iuriſpatronatus. Et ſufficit vt in. c. conſulta tionibus de iure patro. de quo etiā in. c. ij. de reſti. ī inte. cum ſi ¶ Additio. Quid ſi pendente lite inter petitorē et poſſeſſorē ſuper iure patronus fiat pre ſentatio per poſſeſſoreȝ ⁊ poſtea succūbat poſſeſſor an debeat repelli preſentatus. vide per eundeȝ pa nor. in dicto. c. conſultationibus. Cum autem de iu re patronatus agitur inter patronos qualiter tunc cōcipiatur libellus ponit guil. in ſpeculo de iure pa

tro. Et poteſt ſic formari

¶ Forma libelli cum controuerſia ⁊ inter patro
nos de iure patronatus

C Oram vobis ⁊c. proponit conquerẽdo in iure
ꝓcurator ꝓcuratorio noīe diſcreti viri. A. lai
ci aduerſus. A laicum. Et dicit ꝙ lꝫ ius patronatꝰ
talis eccľie vel vicarie. ad predictū. a. ꝑtineat ⁊ ꝑti/
nere debeat de iure. Ipeqꝫ a fuerit tpe ſpoliationis
infraſcripte in poſſeſſione vel quaſi iuriſpatronatꝰ
eccleſie vel vicarie eiuſdeꝫ. tn̄ p̄dictus. b. de anno et
mẽſe tali quẽdā. D. ad eccleſiā ſeu vicariā p̄dictam
tūc certo modo vacātẽ vobis p̄ n̄tauit ip̄m. a. poſſeſ
ſione vel quaſi iuris patronatus p̄dicti ſpoliando.
Quare agit ⁊ petit ꝓcurator p̄dictus quatenꝰ vos
dn̄e iudex precognitis quantū ſufficit de premiſſis
ꝓnuncietis / decernatis / et declaretis ius patrona
tus eccleſie vel vicarie predicte ad prefatū. a. perti
nuiſſe ⁊ ꝑtinere preſentationẽqꝫ ⁊ ſpoliationeꝫ p̄di
ctas vt temerarias ⁊ illicitas iniuſtas eſſe et fuiſſe
at eundẽ. a. in p̄ſtinum ſtatū poſſeſſionẽ ſeu quaſi
eiuſdẽ iuris reponendū reſtituẽdū et reducendum
fore reſtitui reponi ⁊ reduci debere / reſtituatiſqꝫ re
ponatis / ⁊ reducatis ꝑ veſtrā ſniam diffinitiuā ⁊c.
Per iſtum libellū intẽtatur poſſeſſoriū ⁊ petitoriuꝫ
poſſet etiā alterū tantū intentari vt etiā dictū eſt in
alio ꝓceſſu circa formas libelloꝝ. Et iſta cauſa ſuꝑ
iure patronatus non eſt beneficialis cū de titulo be
neficiali non agatur vnde in eadem ꝓcedenduꝫ eſt
ordine iudiciario obſeruato: et ſuper primo libello
poſſunt ſic formari poſitiones in articulis.

¶ Poſitiones et articuli ſic formātur

I N primis ponit ⁊ probare intẽdit ꝙ in dyoce

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN